



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,
Nvnqvam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

In Epistolam I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

IN EPISTOLAM I.

fol. 1. verso. 7.

AD Edilhardum) Variè mutat hoc nomen: Edelhardus, Eribilhardus, Adelarthus, Athilhardus, Athelhardus. Fuit Archiepiscopus Dorouernensis; cuius extat mentio in Ingulsi historia & Epistolis Kenulsi Regis Merciorum ad Leonem III. Pontificem Max. & Leonis ad Kenulsum: quas descripsit Continuator Bede li. 1. ca. 12. & 13. Dorouernum hodie Cantuaria est. Sunt, q. Daruenū Δαρδένου Ptolomai putat. Hanc & alias quasdam Ceuini Epistolas ad Edilhardum citat Malmesbur. l. 1. reg. Angl. c. 3. & 4. & li. 1. & 3. de Pontif. Ang. Vide q. notamus ad Ep. 2. 4.

ib. verso. 25.

Cogita quales habueris antecessores) Omnes sanctissimi Cantuariæ sedit primus Augustinus, Gregorij M. discipulus, ait VVillielm. Malmesbur. lib. 1. de gestis Pontif. Angl. successores vide.

fol. 9. verso.

Pagani possederunt) Lege Gildam de excidio Britannia. VVillielm. Malmesbur. lib. 1. reg. Angl. cap. 1. 2. 3. 4.

4. Propter flagellum) Vide notas in Epist. 2.

6. In libro Gildi) Hunc locū paulo aliter citat VVillielm. Malmesbur. In libro Gildæ sapientissimi Brittonū, q. ijdem Brittones propter auaritiā & rapinā principū, propter iniquitatē & iniustitiā iudicum, propter desidiam prædicatorū Episcoporū, propter luxuriā & malos mores populi patriam perdidere. Caueamus hæc eadem vitia nostris temporibus inolescere, quatenus benedictio diuina nobis patriam consecuet in prosperitate bona, quam nobis sua misericordissima pietate donare dignatus est.

fol. 7. verso. 16.

Humiles pietate modesta) Non sine causa Dorouernensis Clero modestiam ingerit: quod & de vestium modestia intelligo, cuius imitates excessisse, patet ex S. Bonifacij Epistola ad Cuthbertum, cuius VVillielmo Malmesbur. lib. 1. reg. Angl. cap. 4. de regno Adrethum, qui subdit: Sanè de tenuitate vestium Clericalium Alca-

nus Athelardum Archiepiscopum, Cuthberti successorem obliquè castigat, monens, vt cum Romã vadens, Carolum Magnum, &c. visiteret, non adduceret Clericos vel Monachos versicoloribus & pompaticis vestibus indutos; q; non viderent Francorũ Clerici, nisi religiosis vestibus amiciri.

Alcuine dicor ego) *In epigrammatis Bibliorum correctioni.* fol. 7. v. 21. *prefixi, quæ extant tom. 9. Baron. ann. 778. Alcuin dicor ego. Sed cur nunc ille Alcuinus; nunc Albinus, utroq; interdũ nomine conuictio, vt inscriptio Dialogi de Rhetorica, inter XVI Rhetores veteri habet, scire quis merito cupiat. Ego, si de me quæris, causam nullam scio, nisi quod barbariem patrij nominis Romana appellatione consulidus mutarum suspicor, vt in VV. Infrido, qui Bonifacius dictus, & alijs pleriq; illius aui contigit. Pontus Heuterus, quanquam Scriptor non admodum certus & circumspectus, Alcuinum in etymis interpretatur Alwin; vndiq; rem facientem arguentemq;. Hodie nostratibus lucrum Owin. In Annalibus Franc. dicitur Alahvvinus.*

IN EPISTOL. II.

Æthelredo regi) *Æthelredus, seu Ethelbertus, quem Polydorus lib. 4. vigesimum quartũ & vltimum Northumbrorũ Regẽ fuisse scribit, fuit à suis occisus, an. 827. 3. Kal. Maij. Licet alij de die & anno mirè discrepent: quod non huius loci examinare. Numerantur tamen etiam post hunc quidam Northumbrorum reguli Danicis temporibus. Lege Henricum Huntindoniensem lib. 4. hist. & Roger. de Houeden parte 1. Annal.* fol. 8. v. 4.

Osbaldo Patritio) *De hoc Roger. de Houeden part. 1. Annal. anno 796. Occiso Rege Ethelredo Osbald Patritius à quibusdam ipsius gentis Principib. in regnum est cõstitutus, & post 27. dies oi regix familiæ ac Principũ & societate destitutus, fugatusq; & de regno expulsus, atq; ad insulã Lindisfarnensem cum paucis secessit, & inde ad Regẽ Pictorũ cum quibusdã fratribus nauigio puenit. Et paulo post notans annum mortis, ait: Osbald quondam Dux & patritius, & ad tempus Rex, tunc verò Abbas obiit, & in Eboracensi Ecclesia sepultus est.* fol. 8. v. 5.

Hosbez-